

Band XI., Nr. 5418, Seite 360

König Albrecht bestätigt dem Kloster Adelberg den Besitz der von Graf Ludwig von Spitzenberg ihm geschenkten Kirche in Süßen.

Ulm, 1300. Januar 20.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Si iusta devotorum petitio facilem et benignum assequatur de favore regnantis assensum et in eis devotionis debite crescit affectus ac per eorum orationes devotas, quibus assidue insistunt, regalis solii titulus melioris fastigii suscipit incrementum. Sane cum, sicut honorabilium ac religiosorum virorum . . . prepositi et conventus monasterii in Madelberch nobis insinuatio patefecit, quondam nobilis vir Ludewicus comes de Spitzenberch quondam Eberhardi filii sui accedente consensu provida deliberatione in ipsos et per eos in eorum monasterium Madelberch ius patronatus ecclesie parochialis in Siezen¹ Constantiensis dyocesis cum omni iure et titulo, quibus ad ipsum spectabat, transtulerit et donaverit pro suorum remedio peccatorum, prout in litteris dicti comitis, quas super eo se habere asserunt, est expressum, nos predictorum . . . prepositi et conventus nostram clementiam implorantium devotis supplicationibus favorabiliter inclinati dictam donationem et translationem ratam et gratam habentes ipsam de plenitudine potestatis regie approbamus ac presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc approbationis et confirmationis nostre paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui attemptare presumpserit gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursum.

 Datum in Ulma, XIII. kalendas Februarii, anno domini MCCC., indictione XIII., regni vero nostri anno secundo.

Textabdruck folgt dem Original.

 An roten und grünen Seidenfäden
Bruchstücke des Majestätssiegels.

¹Großsüßen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 171

Regesten:

Regesta Imperii inde ab anno MCCXLVI usque ad annum MCCCXIII
= Die Regesten des Kaiserreichs unter Heinrich Raspe, Wilhelm, Richard, Rudolf, Adolf, Albrecht und Heinrich VII. 1246-1313. Bearb. v. Joh. Friedrich Böhmer. Stuttgart 1844, S. 219, Nr. 260. E[DUARD] M[ARIA] FÜRST VON LICHNOWSKY: Geschichte des Hauses Habsburg, 6 Bde., Wien 1836-43, 2, 265. Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 78.

Weitere Angaben

Ausstellungsort:

Ulm

Aussteller:

Albrecht I.; König, Herzog von Österreich

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Großsüßen, aufgegl. in Süßen GP
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)
 Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)